

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 610

**Auteur(s)** : Raoul d'Exoudun, Eu (comte)

**Bénéficiaire(s)** : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1191

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Confirmation par Raoul d'Exoudun, comte d'Eu, des dons faits à l'abbaye par ses prédécesseurs

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° LIII, p. 88-90.

Texte établi d'après a

Anno ab Incarnatione Domini M°. C°. XC°. I°. Romanam ecclesiam regente papa Celestino Rothomagensisque cathedram episcopalem sedente Waltero, Ricardo, rege Anglie, dominante in Normannia, ego Radulfus, Augensium comes, huic sancte arcangeli Michaelis Ultrasportensi ecclesie concedendo dedi et confirmavi, et super altare posui propria manu, omnia illa dona que antecessores mei, comes videlicet Robertus, et Guillelmus, filius ejus, et Henricus, avus Henrici junioris, et Johannes, pater ejusdem Henrici, et idem H[enricus] sui que homines concesserunt, dederunt et confirmaverunt : et avenam et frumentum de Verli que pertinebant ad forestagium, et avenam de Mont Rosti, et decimam de Felcheros Campo, et legnagium Augi totum per annum, et moltam de Maisnil Aelardi liberam et quietam decimamque pasnagii de foresta Augi et de omnibus exartibus ejusdem foreste, ubicunque fiant ; nemus quoque liberum in opus monasterii et ministerii monachorum. Et volo ut ea precipue, que monachi habere debebant, firmiter et plenarie habeant et in perpetuum possideant : totam videlicet et integram decimam de vicecomitatibus Augi, Ultrasportus, Criolii, Septem Molarum et Grandicurie, et omnem palustrem terram quam monachi et Ansgotus tenuerunt, et prata de justa, et totam moltam et talliam de Monte Hugonis ; et quod homines sancti Michaelis ab omni placito consuetudinario, in omni loco, adversus vicecomites, firmarios aliosque omnes famulos meos, sola manu, ausque ulla occasione, se purgabunt ; famuli vero abbatis et monachorum, qui sunt de pane et cibo eorum, in curia sancti Michaelis, simili modo, sola manu se purgabunt, et justicia erit abbatis ; nec unquam pro arverrio, vel sine testimonio, alicui famulorum meorum respondebunt. In Fontibus autem, et in Verleio, et in Adhelardi Maisnillo, et in omni terra sancti Michaelis, si quis aliquem percusserit, sanguinem et justiciam omnem abbati et monachis concedo, arverrium et omnem occasionem condono libertatemque omnibus hominibus, quos habet vel habitura est abbatia Sancti Michaelis Ultrasportensis in omni terra mea, concedo, pro salute anime mee et remissione peccatorum antecessorum meorum, ut amodo et usque in senpitemum nec ego nec heredes mei nullas ab eis exigant collectas, nullas tallias. Et hoc vinculo perpetue excommunicationis ligo et contradicentibus eternam maledictionem et a Deo, in die judicii, separationem imprecor. Et aquam de Augo ad piscandum monachis in vigilia festivitatis Transfigurationis Domini, et in festivitate sancte Marie Magdalene, et in Translatione sancti Benedicti concedo ; et culturam que est inter Ultrasportum et Flamengevillam ; et pratum quod Walterius de Sancto Martino apud Flamengevillam dedit sancto Michaeli,

concedentibus filiis suis Waltero et Gaufrido ; et hospitem unum apud Ultrisportum ; et in Thot IIas garbas decime de londa ; et feriam in sollempnitate sancti Michaelis, in vigilia et in die ; et omnia que ad me pertinent in mare et in terra, in ipsa villa, in illis diebus ; et apud Augum decimam de la maere, apud Ultrisportum panem consuetudinis et panem decime, et decimam piscium de emtione ad coquinam comitis. Et quando naves, pisces aut caseos aut aliquid aliud monachorum victui ferentes necessarium, ad portum Ultrisportensem venerint, si vicecomes ville exinde emerit, secundum emptionem comitis, monachi sancti Michaelis unius diei victum inde habebunt. Apud Augum etiam concedo ecclesie Sancti Michaelis de Ulteriori Portu feriam in festivitate sancti Johannis Baptiste, ita liberaliter, sicut predecessores mei predictae ecclesie, videlicet Henricus sui que predecessores, eam dederunt et concesserunt. Hanc donationem et quicquid predecessores mei, vel homines eorum, prefate ecclesie contulerunt concedo et sigilli mei munimine confirmo. Testibus hiis : Galtero de Focar[m]unt, Hamerico de Cusai, Hugo de Maissi, Rogero de Capeval, Johanne Raimont, Roberto de Melleville, Ingerrano Leurel, Ovilardo, Caim, Petro, filio Nicholai, Henrico Leurel, Basilico, famulo abbatis de Ulteriori Portu.